



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale, sev Institvtio Sacerdotvm, Ex Divinis Litteris Et  
Vetervm Patrvm Disciplina**

**Torres, Alfonso de**

**Ingolstadii, 1604**

XV. Ne sine licentia Episcopi Sacerdos vagetur, Sacra mentia ministret, vel  
prædicet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48973](#)

CAPVT XV.  
**NE SINE LICENTIA  
 EPISCOPI SACERDOS  
 VAGETVR,  
 SACRAMENTA MINISTRET,  
 VEL  
 PRÆDICE T.**

SVMMARIVM.



MNIS anima sublimioribus potestaribus sub-  
 dita sit, illisque ab inferioribus obedien-  
 dum. 1.2.

Nihil in diœcesi faciendum à Clericis sine licentia Epi-  
 scopi. 3.

Neque extra eam licet illis vagari sine eius permisso;  
 alioqui deponendi, & suspendendi sunt. 4.5.6.7.

Neque ab aliis recipiendi ad Sacra menta administra-  
 da, aut Diuina celebranda. 4.

Ad aliam parœciam se conferentes sine diœcesani licen-  
 tia excommunicentur, nisi in duobus casibus. 8.

Neque habeantur vt Clerici, qui ad suam Ecclesiam ad  
 quotidianum officium non venerint. 9.

Nullus Sacerdos potest audire confessiones sacerdotalium,  
 nisi habeat licentiam Episcopi, aut beneficium p<sup>a</sup>  
 rochiale. 10.

Aliquo-

*aliquorum criminum absolutio Episcopis reseruanda,  
nec aliis concedenda. II.*

*Nullus regularis, contradicente Episcopo, etiam in Ec-  
clesiis sui Ordinis prædicet. 12.*

**O**MNIS anima potestatibus sublimioribus sub- 1  
dita sit. Non est enim potestas nisi à Deo:  
quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. *Rom. 13.*

*Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi 2  
enim per uigilant quasi rationem pro animabus  
vestris reddituri. *Heb. 13.**

**Nihil in diœcesi faciendum à Clericis si-  
ne licentia Episcopi.**

*CVNCTIS fidelibus, & summopere omnibus 3  
Presbyteris, & Diaconis, & reliquis Clericis atten-  
dendum est, ut nihil absq; proprij Episcopi licen-  
tia agant: non vtiq; Missas sine eius iussu quispiam  
Presbyterorum in sua parochia agat; non bapti-  
ret; nec quidquam absque eius permisso faciat. *S.  
Clemens 16. q. 1. c. eod. Iu o p. 6. c. 123.**

**Clericus non vagetur sine sui Episcopi li-  
centia; nec ab aliis ad Sacra menta ad-  
ministranda, aut Diuina celebranda  
admittatur.**

**CLERICIS, vel monachis sine literis comen-** 4  
**daticiis licentia non pateat euagandi. *Concil. Veneti-  
cum 1. c. 5. Agath. c. 38. Meld. c. 2.* Nec ab ullo Episco-  
po ad Diuina celebranda, aut Sacra menta admi-  
nistranda admittatur. *Concil. Trident. Seff. 23. c. 16.*  
Singu-**

Singuli in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat.  
*Idem Concil. sess. 22. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ.*

**N**on oportet ministros altaris, vel quoslibet Clericos, præter iussionem Episcopi, ad peregrinandum proficiisci.

**5** *Concil. Laodic. de cons. dist. 5. c. eod. 1. Concil. Agath. cap. 52.*

**Clericus vagus deponatur.**

**6** *DE Presbyteris, aut Diaconibus, qui solent dismittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia se transferunt, placuit, ut iisdem locis ministrent. Quod si, relictis locis suis, ad alium se locum transferre voluerint, deponantur. Concil. Aurelian. 1. c. 22. Chalcedon. c. 13. & 25. Nicænum c. 15. 7. q. I. c. non oportet. Sexta Synodus Constantinop. can. 17. Septima Synodus Nicæna dist. 21. c. quoniam.*

**Clericus vagus suspendatur.**

**7** *Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex Clericorum catalogo, reicta sua parochia, in aliam abscesserit; & cum penitus transierit præter sui Episcopi sententiam, in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare iubemus, maxime si, eum adhortante Episcopo, ut rediret, non paruerit, in contumacia, & insolentia perseverans. Is tum ut laicus communicet. Canon 15. Apostolor. Conc. Nicæn. c. 16. Antioch. c. 3.*

**Cleri-**

Clericus ad aliam parochiam transiens,  
& Episcopus illum admittens sine pro-  
pri licentia excommunicetur, nisi in  
duobus casibus.

CLERICOS in suis Ecclesiis constitutos non li- 8  
get in alterius ciuitatis Ecclesiis ordinari, sed quie-  
scant in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt,  
exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, &  
ex necessitate ad alias Ecclesias migrauerunt. Si  
vero quicumque Episcopus post definitionem  
istam ad alium Episcopum pertinentem Clericum  
suscepit, placuit Sanctæ Synodo, & eum, qui su-  
scepit, & eum, qui susceptus est, tamdiu excom-  
municatos manere, quamdiu ipse Clericus reuer-  
tatur ad propriam Ecclesiam. *Concil. Chalcedon. dist.*  
*7. i.c.eod. S. Gregor. ep. ad Fortunatum Episcopum.*

Non habeatur ut Clericus, qui ad suam  
Ecclesiam ad officium quotidianum  
non venerit.

Vide sup. p. I. c. 4. §. 1. de templis, & Ecclesiis, c. Pres- 9  
byter, Diaconus, n. 20.

Nullus Sacerdos potest audire confessio-  
nem sacerularium, nisi habeat licentiam  
Episcopi, vel beneficium parochiale.

QVAMVIS Presbyteri in sua ordinatione à pecca- 10  
tis absoluendi potestatē accipient; decernit tamen  
Sancta Synodus, nullū, etiam regularē, posse con-  
fessio-

fessiones sacerdotium, etiam Sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: priuilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstante. *Concil. Trident. Sess. 23.c.15.de sepult. Clem. dudum, §: ac deinde.*

**Aliquorum criminum absolutionem oportet Episcopis reseruari, neq; aliis concedi.**

**II** QVONIAM natura, & ratio iudicij illud expicit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur persuasum semper in Ecclesia fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam iurisdictionem non habet. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam, & grauiora crimina, non à quibusuis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus absoluerentur. Vnde merito Pontifices Maximi, pro suprema potestate sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuerunt pecuniari iudicio reseruare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem

*Ro.13.*

ditionem, liceat, pro illis in subditos tradita supra  
teliq[ue]os inferiores Sacerdotes auctoritate; præ-  
sertim quoad illa, quibus excommunicationis  
tensura annexa est, &c. *Idem Conc. Trid. Seff. 14. c. 7.*

Nullus sacerdos, vel regularis, etiam in  
Ordinum suorum Ecclesiis, contradic-  
cente Episcopo, prædicare præsumat,

*Idem Conc. Trid. Seff. 24. c. 4. Sexta Synod. can. 33. 64. 12  
16. q. 1. c. adjicimus. Conc. Later. sub Leone X. Seff. 11.*

C A P V T X V I.  
NE SACRAMENTA  
RITE NON DISPENSET,  
AVT  
MINVS DEBITO VENERE.  
TVR SACERDOS.

## S Y M M A R I V M.

**Q**MNIA honeste, circumspecte, & per ordi-  
nem, in Ecclesia fiant. 1. 2.

Sacramentum Pænitentiæ qualiter admini-  
strandum, & pænitentia peccatorum qualiter impo-  
nenda. 3.

Sacerdos reuelans peccata pænitentis, deponi, & per to-  
tam vitam peregrinari, & in monasterium perpe-  
tuo detrudi debet. 4. 5.